

Dilecto filio nobili Viri Gulielmo de Nassau Principi Auranica

Arelim
de Simancas.

Dilecte fili, nobilis Vir Salutem &c. Recordamur nos alias scripsisse ad Nobilitatem tuam de Sereticis Vulgo Vgnottis appellatis: qui Oppido ditioris tuae Auranica a mini & frus tuis recepti Comitatum Venatissimum & totam eam regionem ditioris Ecc^{ca} per incurtiones assiduas maximis damnis maleficijs et calamitatibus vexare et quaecunq; poterant Oppida et Castra occupare non desiscebant: rogantes Nob^{tem} tuam, contra cuius uoluntatem ea agi persuasum habebamus: ut ei rei pro Dei Honore, pro Sedis Aplice reuerentia, et sui Honoris et causa primo quog; tempore mederetur. Ex eo tempore coacti fuimus res meas, et Sanctae Romanae Ecc^{ca} aduersus illam facinorosam hominum et Sereticorum manum armis defendere: nequaquam uolentes ullum tibi tuisq; rebus damnum inferre: Sed tam atroces iniurias propulsare, et tantum populus illis S^{ta} Romanae Ecc^{ca} ditiori subiectis imminens periculum depellere. Si opportuno remedio ut decuerat et ut sperabamus ei malo occursum fuisset: nequaquam secuta fuissent ea quae postea accidisse dolemus. Scito autem dilecte fili non modo id malum postea non imminutum fuisse: Sed corroboratum atq; auctum. Id accidit quia Nob^{tas} tua, cum ignoraret ut credimus quis esset quidam iniquitatis filius appellatus Dnus de S^{to} Urbano, hominum Sereticum, postulantibus, sicut nobis relatum fuit Sereticis Cunitatis suae Auranicae regionis praeposuit. Qui cum sit Sereticorum Dux, Urbem illam tanquam asyllum Sereticis undecunq; uenientibus, tanquam Geneuam alteram patefecit. Ita magna statim Sereticorum collunies, in eo Oppido congregata, bello comitatus nro Venatissimo et Cunitati Aemonen illato, multa eius Comitatus oppida et Castra cepit: regionem illam totam uastauit, atq; omnibus belli cladibus afflixit, ipso Auranicae Gubernatore factore adiutore, immo uero Duce Nobis autem gravissimos sumptus faciendi necessitatem imposuit: ut ab illis atrocissimis populis illos nobis fideles et dilectos: quantum ex tam longinquis locis licuit tutaremur: Cum igitur illa impia manus in illis locis maneat: et illius Dni de S^{to} Urbano fauore et auxilio sustentetur: nonnullaq; adhuc Oppida et Castra Comitatus Venatissimi teneat Nobilitas tua dilecte fili, secum

cogitet: quam Sac Smt indigna et grania Viritam Catho: et tali gñe
ortj. ministrum latrocinantium esse Hæreticorum ducem, ac tot, ac
tam graues calamitates intulisse oppidis, et populus ecc^æ. Quid grauius
ille iniquitatis filius facere aduersus nos potuisset: Si tu non deustus
ut es, et semper fuisti: esses ecc^æ filius, sed inimicus et hostis —
accerrimus: Nec uero ille nos contempsit ac lesit magis quam te —
ipsum: Quam enim maiorem tibi iniuriam facere potuit, quam ut hanc
clara fama, et bono nomini tuo notam inureret: ut ex tam Catho: Viro
uidearis effectus esse hereticorum fautor: Quid enim populum tuum
Auracën? quid finitimos omnes? quid principes Gallie Vros et ipsum
francorum Regem Chr^{mum} aliud suspicari putas? etsi autem nos
quidem istud de te nullo pacto suspicari unquam potuimus: quia tamen
certum, et deliberatum est nobis: tandem aliquando quamvis ratione, et
uia pestem illam ex locis illis exterminare, et si uiribus nr̄is id
efficere non poterimus: ad auxilia quacungq; poterimus descendere:
Vob^{tem} tuam, quam ad huc deceptam fuisse a ministris aliquibus
persuasum Sabemus: paterno aio hortandam, monendam, atq; etiam
rogandam duximus: ut tandem excitet Virtutem et pietatem suam
et quanto famam et estimationem suam grauius lesam, et violatam
esse intelligit: tanto ueementius expurgat aduersus hostes fidei,
et religionis catho: ac s^{ta} matris ecc^æ. Ab illius ciuitatis regimine
depellat Somnium illum nefarium: Hæreticos illos hostes non minus
tuos, quam nr̄os, curet ex urbe et toto eius territorio enciendos, atq;
exterminandos: Urbisq; eius gubernatorem constituat alium, quem
Catho: et idoneum esse certo sciat: eiq; mandet: et interdicit: ne
recipiat Hæreticos illos, immo ad expellendos, si qui in illis locis remanserit
opem et auxilium ferat ministris suis. Quæ quidem quanto acrius et

seuerus egeris tanto facilius abolebis maculam nomini tuo aspersam: et rumores
omnes sedabis: omnesq; intelligant, te virum esse plane catho: et uere maiorum
tuorum similem: nobis uero necessitatem adimes, quicquam quod displicatuz
tibi esset agendi: et acriora remedia tentandi: quibus paci, quieti, et saluti
nostrorum illorum fidelium subditorum consuleremus. Consules autem ipse
si ita ut confidimus egeris: non solum existimationi ac fama tua, sed
etiam animæ. Ciuitatem illam preterea ditius tua, unde nobile tuum
cognomen a maioribus tuis acceptum habes. quæ nisi maturæ promissum
fuerit: tota breui futura esset, propter contagionem Sereticorum Seretica,
et ipsorum Sereticorum teterrimæ anationi subiecta: in religione catho^{ca}
et in fide, ac domino tuo contumebis. Datum Romæ apud Sanctum
Petrum die x xvi.^a Octobris 1563 Pontificatus nri Anno quarto:

Ant. Florebellus Lauellmius.

*Copia del brouce del Supra al
Principes d'orange*

F 223

*Archivo General
de Simancas*

Copia 1

Archico General
de Simancas.

Dilecta in Christo filia nobilis mulier salutem et apostolicam benedictionem
 Mittimus ad nobilitatem tuam exemplum literarum, quas scripsimus ad
 dilectum filium nobilem virum Principem Avaraica ex eis intelliges, quam
 gravi necessariaque de causa ad eum scripsimus, et simul perspicias, quantae
 curae nobis sit, ut ille expellat ex urbe illa ditionis suae hominem haereticum,
 fautorem, receptatorem, et ducem haereticorum: ac gubernatorem illi urbi
 praeficiat aliquem, quem compertum habeat esse vere catholicum, qui que
 haereticos, neque ex illis ditionis ecclesiae locis, neque ullos alios recipiat. Nunc
 nobilitatem tuam hortamur in domino, et omni animi studio ob ea requirimus,
 ut diligentissime de hac re agas cum ipso Avaraicae principe, ostendatque illum, si
 ita fecerit, non nobis modo gratissimum esse facturum, sed etiam charissimo in
 Christo filio nostro Hispaniarum Regi Catholico. Eas tu autem rationes
 afferes, quas tibi prudentia et pietas tua subiciet. Quod tuae Nobilitatis officium
 erit cum te dignum et deo vehementer acceptum, tum nobis quoque gratissimum,
 eoque ut quam diligentissime fungaris etiam atque etiam abs te petimus et rogamus.
 Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxvi Octobris
 Anno M. D. Lxxiiij. Super scripta Dilecta in Christo filia, nobili mulieri Margareta
 de Austria flandriae gubernatrici.

*Copia del breve del Papa á
Madama.*

F. 523
1099

*Archivo General
de Simancas.*